



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 69. Quid dicendum sit de fœminis, quæ permittunt suî tactus vel oscula.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

rum vanitatem & superbiam hominibusque placendi maximum appetitum , & inde captam gloriam consideravi , plurimum dubitare cœpi . . . . Si igitur , ut dicebat Hieronymus , quisquis aliquid ita facit , ut videatur ab hominibus , Scriba est & Phariseus , istæ quid erunt , quarum hoc ferè unum est negotium , ut bene videantur ac placeant , & quantum ipsæ possunt , opere ipso moveant , illiciant , impellant , & sic triumphent . Nec juvat , si se excusent aliæ per alias , dicendo , ista & ista facit : nam hic circulus est vitiosus , omnes enim , quæ faciunt , in hoc malè faciunt .

**249** *Q. 69. Quid dicendum sit de fœminis , quæ permittunt sūi tactus vel oscula.* **R.** Fœmina permittens tactum sui vel osculum turpe ac venereum , peccat mortaliter , si non impedit quando commode potest , quia concurrit ad actum mortaliter malum : si tamen publicè id fiat , docent Azor aliique cum Bonac. de matr. q. 4. p. 9. n. 10 non peccaturam graviter , si permittat , quia repellendo ingereret animis adstantium suspicionem peccati & infamaret alterum ; sed hæc ratio vix habet locum in praxi , quia potius censetur honestatis & verecundiæ id repudiare ; nec ideo , si repellatur aliquis , apud vulgus patitur infamia : si autem hoc tentetur secretò , omnes tenent fœminam non posse permettere ob rationem datam. Quod si dubitet , an id ab altero fiat malo animo , *Filiucius & Tambur: in Decal: I. 5. c. 1. §. 4. n. 25.* negant teneri impedire , quia in dubio nemō præsumitur malus . ; Bonac: probabilius affirmat , quia vix aberit culpa , & fœmina utitur jure suo , consulitque saluti proximi .

A R-